



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. i. Resoluit. xvi. dubia circa formam consecrat[i]onis panis emergentia

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

liij **Quid** si sacerdos post sumptionem sacramenti vigeatur spiritu vel tussi &c.

Solo. Ante sumptionem ablutōnis nullo modo expuerit i est vel extussit aut excreandū. ne sic spēs sacramētales & p̄sequēs sacramētū eiciat. s; sputū vel qđ viger ad tussim aut ad excreationē retineat vel trāsglutiat. Si autē ex nimia violentia hoc fieri nō possit expuat vel extussit in aliqđ vas aptū. vel in calicem si aliud haberi nō possit. vel in pāniculū mundū. & postea materia illa si nō appareat aliqđ sacramētales spēs in ea pburat et cineres in sacrario reponant. Verūtamē si sacerdos an̄ inceptōne misse p̄sentiat se aliqua tali passione violēter molestari. tutius ē vr̄a celebratōe abstineat. Si vero post sumptōem debite ablutōis quia & os & labia sint sufficēter absoluta vigeat aliqđ p̄dicto & q̄uis nō sit amplius periculū. tñ p̄pter maiore reuerentiā sacramenti bonū est vt abstineat q̄tum p̄t quousq; aliū potum vel cibū sumpserit. Si tamen nūmis vigeat eiciat h̄mōi sup fluitates ad aliquē locum vbi nō p̄culceretur pedib; vel habeat secum pāniculum in quem mittat.

Dubiū

v **Quid** agendū sit si post sumptionem sanguinis patiat̄ sacerdos vomitū vel ex infirmitate emittat p̄ secessum qđ sumpsit.

Solo. Sufficēter hoc p̄t ex dietis. Si em̄ ibi nō possent deprehēdē spēs sacramētales panis. ex quo spēs vini tā p̄mixte sunt alijs humorib; vt nō possint discerni. q; fortassis corrupte sunt. inuoluenda est illa materia in stupa vel panno & cōburat. & cineres reseruandū sunt vt supra dictum est

vi **Quid** agendū sit si sacerdos post sumptōem sanguinis deprehendat venenū vel aliqđ aial venenosum fuisse in calice. & illud se sumpsisse sciat. an liceat eum vomitū procurare.

Solo. Si per vomitum speret se liberare. & p̄sertim si medicus p̄sulat tūc licet ei euomere. Hoc tñ caute fieri debet in aliqđ vas mundū. & si aliq; spēs sacramētales ibi appareat recolligantur et in sacrario reseruetur. reliqua vero materia comburat & cineres similiter in sacrario reseruentur

¶ Capitulū octauū de dubijs q̄ circa debitā formā consecrationis istius sacramenti occurrūt duos habet articulos.

Arti. i.

¶ Resoluit. rvi. dubia circa formam p̄secratōnis panis occurrentia

I **Quæ** sit sufficiens & debita forma p̄secrationis panis

Solo. Forma est ista. Hoc est em̄ corpus meum

ij **Utrum** hec coniunctio (enim) sit de substantia forme & de necessitate etiam proferenda.

Solo. Nō ē de suba forme neq; de necessitate p̄secratōis sacramēti. nō tñ debet scienter omitti. alioqñ sacerdos grauiter peccaret.

iii **Utrum** sacerdos si omissis omnibus alijs q̄ in missa dici solent diceret solū p̄dicta verba sup panē aptum p̄secraret.

Octauum

- Solo.** Si ea diceret cum intentione consecrandi tunc consecraret. sed grauius peccaret faciens contra ordinem ecclesie. unde in nullo caso hoc faciendum est.
- iiij** **Utrum** sacerdos consecraret si predicta verba vel aliqua eorum mutaret quantum ad ideoma. proferendo. scilicet in alio ideomate.
- Solo.** Si per hoc intenderet inducere heresim vel errorem in ecclesia et formam ecclesie abijcere tanquam inutile vel inefficacem et suam introducere quasi magis sufficientem et efficacioris non consecraret. quia deficeret in intentione requisita ad consecrandum. Si vero nullum predictorum intenderet sed consecraret secundum intentionem ecclesie. tunc bene consecraret sed grauius peccaret ritum et ecclesie institutionem non obseruans.
- v** **Utrum** sacerdos si addat aliquam aliam phrasam ad predictam formam consecree
- Solo.** Si per tale additorem mutetur scatio phrasarum vel sensus orationis ita quod distrahant a propria scatione vel sensu non fit consecratio. Si vero ro maneat scatio et sensus fit consecratio. sed scienter sic faciens grauius peccat ratione ut supra. Si tamen interponeretur multa verba impertinentia per que solueretur continuitas orationis tunc non fieret consecratio.
- vi** **Utrum** sacerdos subtrahens vel diminuens aliquid de predicta forma consecret.
- Solo.** Si subtrahat aliquod quattuor verborum que sunt de substantia forme non fit consecratio. Si vero subtrahat vel omitat aliquam syllabam vel litteram ex cuius subtractione non impeditur scatio vel sensus licet aut potest tringere in vltima syllaba vel littera dictionis tunc consecrat diligenter tamen cauendum est ne hoc fiat. Si autem formidat quod impeditur scatio vel sensus tutius est ut forma a principio repetat
- vii** **Utrum** incongrue proferens verba consecrationis ex imperitia lingue vel inaduertentia vel alio huiusmodi consecret
- Solo.** Si ex incongruitate non impeditur scatio verborum vel sensus orationis quin verus sensus forme consecrationis capiatur fit consecratio. scienter tamen hoc faciens grauius peccat. ratione superius expressa.
- viii** **Utrum** sacerdos faciens transpositionem phrasarum consecrationis consecret
- Solo.** Sola transpositio phrasarum non impedit consecrationem. sed tamen fieri non debet. Si autem cum hoc varietur sensus. tunc non fiet consecratio. ut si interrogatiue diceret. est hoc corpus meum. Aduertendum tamen circa dictas variaciones vbi dictum est quod non impediunt consecrationem hoc verum esse nisi quis per eas intenderet inducere heresim vel errorem. prout tacitum est in solutione quarti dubij precedentis.
- ix** **Utrum** sacerdos faciens interuallum in prolatione verborum consecret
- Solo.** Si paruum faciat interuallum. ut puta si spuat vel tussiat vel aliud huiusmodi faciat non impedit consecratio. Si vero magnum faciat interuallum. ut si postquam dixerit (hoc est) dormiat vel aliud faciat per quod trinitas orationis soluat non consecrat
- x** **Quid** agendum sit si sacerdos non recolat se dixisse verba consecrationis vel alia que in celebratione huius sacramenti dici debent.

Dubia

D ij

Capitulum

- Solo.** Si certus sit se omisisse aliquid eorum quae sunt de necessitate consecrationis. recipere debet a forma consecrationis et cetera per ordinem reiterare ne mutetur ordo sacrificii. Si vero probabiliter ei constet se aliquid omisisse quod non est de necessitate sacramenti vel consecrationis. praesumat ulterius sine repetitione. Si autem nullum istorum sit. sed solum non recolat se dixisse. non debet ex hoc metu perturbari. sed ulterius praecedere. Non enim quae multa de semper recollit omnia quae dixerit et in multum assuetis sepius non deliberat. ideo munus recoluntur.
- xi**
Solo. Utrum sacerdos per dictam formam possit consecrare panem absente. Non potest. ex quo enim forma in se continet primum demonstrationem requirit praesentiam materiae consecrandae.
- xii**
Solo. Utrum per dictam formam sacerdos possit consecrare panem praesentem in quacumque quantitate. Potest. sed non debet in maiori quantitate consecrare quam necessarium sibi videtur pro communicatione fidelium.
- xiii**
Solo. Utrum sacerdos verba consecrationis proferendo consecret omnem panem praesentem in altari. siue sit extra reservaculum hostiarum siue intra. Sacerdos per illa verba nullum panem etiam praesentem consecrat nisi super quem fert intentio eius consecrandi. et omnem tale etiam consecrat. et sic vis alius panis quem non intendebat consecrare non est consecratus.
- Dubium xiiii**
Solo. Utrum sacerdos apponens plures hostias pro populo concicando consecrans. et in ipsa platea non dirigens intentionem actualiter ad omnes. sed solum ad illam quam in manu tenet omnes consecret. Si habeat intentionem virtuale ad consecrandum omnes. sed non habeat actuali. omnes tamen consecrat. De hac intentione dicitur in superius capitulo. ii. articulo. iii. in solutione tertijs dubijs. Si in consecratione illius hostie quam in manu tenet omnes alias intendebat excludere tunc nullam aliam consecrat sed solum illam quam consecrare intendebat.
- xv**
Solo. Quid si sacerdos intendat consecrare centum hostias siue parvulas tot habens communicandos. et appositae sint plures vel pauciores quam centum. utrum facta consecratione omnes sine consecrate vel solum aliquae aut nulle. Si expresse et distincte intendat solum centum consecrare cum exclusionem plurium vel paucorum. tunc nulla consecrat. Si autem habeat intentionem ad consecrandum omnes illas numeratas vel in loco consecrandarum positas. sed erratum sit in numero. tamen omnes consecrant. Unde cautum est ut sacerdos plures hostias consecraturus omnes sint ante oculos ponat et intentionem nunquam dirigat ad numerum intenditorum vel tot consecrare. sed ad omnes ibi simul positas.
- xvi**
Solo. Quid si multe sint hostiae appositae etiam simul. ut puta centum vel plures. et sacerdos intendat solum decem consecrare ex illis. vel aliquas et quae sint consecrate post prolationem verborum consecrationis. Si distincte discernat illas decem quas consecrare intendit tunc illas consecrat. Si vero confuse et indistincte intendat consecrare decem illas non notando et discernendo. tunc nullam consecrat.